

et honestate clericorum et divino officio cum contentis. 19. Boetium de sancta trinitate, textum cum commento, cum caeteris insertis. 20. Diversas quaestiones contra haereticos circa divinitatem. 21. Chronicam et decretum Hadriani papae Carolo missam. 22. Sedulium metrice supra utrumque testamentum. 23. Augustinum de contentione Zachaei et Apollonii. 24. Boetium de duabus naturis in una persona Christi cum aliis contentis. 25. Boetium de consolatione philosophiae. Quorum librorum sub lit. K. signatorum sunt in numero viginti quatuor¹.

Sub littera L. 1. Haymonem in duodecim prophetas minores. 2. Haymonem in apocalypsin b. Iohannis. 3. Haymonem in apostolum. 4. Isidorum etymologiarum. 5. Isidorum super vetus testamentum. 6. Isidorum de summo bono cum contentis. 7. Ecclesiasticas regulas ss. apostolorum prolatas per Clementem papam cum caeteris contentis. 8. Regulam Bachomii a b. Hieronymo translata cum contentis. 9. Librum de diversis. 10. Lotharium de miseria humanae conditionis cum contentis. 11. Prosperum de gratia et libero arbitrio. Quorum librorum sub lit. L. signatorum sunt in numero undecim.

Sub littera M. 1. Chronicam summorum pontificum et imperatorum cum aliis contentis. 2. Richardum de mystico somnio Nabuchodonosor cum caeteris insertis. 3. Richardum de contemplatione. 4. Librum epistolarum b. Cypriani martyris. 5. Commendationem s. Hilarii ad s. Hieronymum cum aliis insertis. 6. Hexameron b. Basilii de operibus sex dierum cum aliis contentis. 7. Homeliarium b. Gregorii episcopi Nazianzeni. 8. Cassianum de institutione monachorum cum caeteris insertis. 9. Collationes abbatis Isaac duas de oratione cum aliis contentis. 10. Expositionem quatuor capitulorum in Ezechielem prophetam. 11. Lotharium de sacramentis ecclesiae et ordinibus clericorum. 12. Rupertum de divinis officiis partem primam. 13. Eiusdem secundam partem de eodem cum contentis. 14. 15. De officiis divinis in duobus distinctis libris. 16. Abbatem Iohannem montis Sinai, aliâ Climachus vocatus. Quorum librorum sub lit. M. signatorum sunt in numero sedecim.

Sub littera N. 1. Decretum cum chronica summorum pontificum et canonibus concilii Lateranensis. 2. Decretales. 3. Librum decretorum pontificum Ivonis Carnotensis episcopi. 4. Epistolas Ivonis Carnotensis episcopi.

1) Die Einzeladdition ergibt 25 Bände. Wo der Fehler steckt, ist nicht sicher zu sehen; vielleicht sind aber 5 und 6 identisch.